

Caesar, de bello Gallico, I, 30

Raum für Notizen

1	Bello Helvetiorum confecto	_____
2	totius fere Galliae legati principes ad Caesarem gratulatum convenerunt:	_____
3	<i>intelligere sese,</i>	_____
4	<i>tametsi pro veteribus Helvetiorum iniuriis populi Romani ab his poenas bello repetisset,</i>	_____
5	<i>tamen eam rem non minus ex usu terrae Galliae quam populi Romani accidisse,</i>	_____
6	<i>propterea quod eo consilio</i>	_____
7	<i>florentissimis rebus</i>	_____
8	<i>domos suas Helvetii reliquissent,</i>	_____
9	<i>uti toti Galliae bellum inferrent imperioque potirentur</i>	_____
10	<i>locumque domicilio ex magna copia deligerent,</i>	_____
11	<i>quem ex omni Gallia opportunissimum ac fructuosissimum iudicassent,</i>	_____
12	<i>reliquasque civitates stipendiarias haberent.</i>	_____
13	Petiverunt,	_____
14	ut sibi concilium totius Galliae in diem certam indicere idque Caesaris voluntate facere liceret;	_____
15	<i>sese habere quasdam res,</i>	_____
16	<i>quas ex communi consensu ab eo petere vellent.</i>	_____
17	Ea re permissa	_____
18	diem colloquio constituerunt et iure iurando,	_____
19	ne quis enuntiaret,	_____
20	nisi quibus communi consilio mandatum esset,	_____
21	inter se sanxerunt.	_____